

Alte Drucke

Rectore Magnificentissimo Serenissimo Principe Ac Domino Domino VVilhelmo Henrico Dvce Saxoniae ... Qvaestionem: An Elector Saxoniae Johannes ...

Schmeizel, Martin

Jenae, [1718]

CAPUT V. DE ARGVMENTIS, QVIBVS SENTENTIA DE FALSO IMPVTATA ELECTORI APOSTASIA, REFELLITVR.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-174497

collecta & iusto ordine disposita, Lectori veritatis amanti
sequens caput propinabit, indicatis semper, ut par est,
auctoribus, quibus unum alterumve argumentum accep-
tum sit referendum, ex quo constare etiam poterit, quæ
nostro labori sint tribuenda. Sequitur itaque

CAPUT V.

DE

ARGVMENTIS, QVIBVS SENTENTIA DE FALSO IMPVTATA ELECTORI APOSTASIA, REFELLITVR.

Argumentum.

Argumenta quibus Epistola illa supposititia refelli potest, duorum
sunt generum 1. quæ ex ipsius Epistolæ tenore desumuntur,
& quidem a) a veritate authentici venditatis, quæ demon-
stratur 1. a dialectus & styli Misnici differentia, a stylo
Epistolæ, 2. a Confessione Legatorum Bavariæ El. quibus
de authentico nihil plane constitit; 3. a diversa Pontifi-
ciorum relatione; b) a discrepantia exemplarium impres-
sorum ab authentico venditato, quæ per collationem demon-
stratur. II. Quæ a variis circumstantiis rebusque externis
petuntur, & quidem 1. a collatione hujus Epistolæ cum veris

D 3

&

*Et genuinis, ut vocant, literis Notificatoriis Joh. Frid-
 yici de obitu parentis. 2. a falsitate circumstantiarum quæ
 in Epistola aperte se produnt. 3. ab iis, quæ circa extrema
 vite Joh. Elect. contigerunt, argumento Epistolari protinus
 contraria. 4. ab inconvenienti & absurdo, quasi Joh. Frid.
 in eliminanda Lutheri doctrina, auxilium a Ducibus Bava-
 riæ petierit, viribus suis diffusus. 5. a confessione ipsorum
 Pontific. qui Johannem æque ac Joh. Frid. Lutheranos
 demortuos esse fatentur. 6. a constantia Joh. Frid. El. in agnita
 veritate, quam & Pontificii satis mirari haud possunt.
 Conclusio.*

I.



Argumenta nunc in scenam prolaturi, quibus
 figmentum Epistolæ, & in ea venditæ Johannis
 Elect. Apostasiæ falsitas, sole meridiano clarius demon-
 strari potest, ab initio statim monemus, ea non unius esse
 generis, alia sunt illata & a variis circumstantiis rebusque
 externis petita, alia adversariorum nituntur confessione,
 & quæ sunt reliqua, ex subsequentiis cognoscenda.

II. Ut autem eo ordinatius dicenda proponi possint,
 singulas rationes, quæ contrarium liquido demonstrabunt,
 sequenti digeremus ordine, scilicet quæ

I. a veritate authentici, quod Pontificii in Archivo Ele-
 ctoris Baviariæ asservari dicunt, desumi possunt,

II. a

II. a discrepantia exemplarium impressorum, ab originali & authentico Epistolæ venditæ,

III. a collatione hujus Epistolæ cum literis, ut vocant, noticatoriis veris, de obitu parentis ad Principes quosdam Imperii, a Johanne Friderico datis,

IV. a falsitate circumstantiarum, quæ in Epistola illa, plus vice simplici aperte se prodit,

V. ab iis, quæ circa extrema Electoris Johannis vitæ contigerunt, argumento Epistolæ protinus contraria,

VI. ab inconuenienti & absurdo, quasi Jo. Frid. in eliminanda Lutheri Doctrina, operam & auxilium a Ducibus Bavarie imploraverit, viribus suis diffusus,

VII. a Confessione ipsorum aduersariorum, qui Johannem Electorem in religione Lutherana demortuum fuisse asserunt,

VIII. a Constantia Johannis Friderici, Johannis Filii in agnita ab Antecessoribus veritate, quam & *Tbuanus Lib. IV.* non satis mirari potest.

III. *Primum* itaque argumentum, quo falsitas Apostasie Johannis Constantis liquido demonstrari potest, desumptum est a *falso & spurio Authentico Epistola Johannis Frid. ad Bavarie Duces exarata*, quod in Archivo Electorali Bava-

rico

rico adhuc dum asservari asserunt, ex quo Johannis defectio terminis terminantibus, & sole meridiano clarius demonstrari posse, putant Pontificii.

IV. Equidem non negamus, extare posse Epistolæ illius decantatæ exemplar quoddam in prænominato tabulario Electorali, ex quo transumpta sint exemplaria typis plus vice simplici expressa, sed in eo vertitur rei cardo, an illud, quod in archivo illo asservari dicitur, proque authentico venditatur a Pontificiis, revera sit authenticum ipsum Epistolæ Johannis Friderici ad Baviaræ Duces exarata? hoc caput est totius controversiæ, hic Rhodus! hic saltus! figmentum vero esse, quicquid etiam adversarii de famoso illo authentico garriunt, ex sequentibus planum fiet rationibus.

V. *Prima* petitur a dialectus & idiotismi Misnici, ut & stylicuria Saxonica, illo etiam tempore usitati, differentia, a tenore styli & dictionis genere, quo conceptam deprehendimus Epistolam illam Johanni Friderico Saxoniarum Electori attributam. Constat enim inter criticos, inter alia indicia, ex quibus colligere licet scriptum quoddam esse supposititium, illud etiam suum occupare locum, quod a stylo desumitur, quod si enim dictionis genus diversum sit a noto aut seculi, aut scriptoris stylo, facile est colligere, ejus non esse scriptum, cujus in fronte gerit nomen aut cui adscribi vulgo soleat, qua de re pluribus egit CLERICVS in *Arte Crit. p. III. Sect. II. cap. VI.*

VI. Quod

VI. Quod si vero nunc conferamus scripta, cum primis publica, ex curia Saxonica Electorali, temporibus Johannis Friderici magno numero in publicum emissa, eorumque stylum ac dictionis genus paulo accuratius in examen vocemus, atque cum stylo Epistolæ illius conferamus, liquido apparet, & voces multas, & ipsam vocum structuram protinus discrepare, a dialecto Misnica, styloque curiæ Saxonica, ætate illa usitato.

VII. Quotus enim quisque est, qui iudicium de dialecto Misnica ferre possit, nec cognoscat, in Epistola illa multas voces occurrere, quæ a dialecto Misnica plane sunt alienæ, Bavaricum vero idiotismum, hodie etiam usitatum sapiunt, quis enim vel unico exemplo demonstratum dabit, in aula Saxonica & Misnia, temporibus Johannis Friderici unquam scriptum fuisse, *Wûr* pro *wir*, *erckennen* pro *erkennen*, *Sege* pro *Zeiger*, *Tott* pro *Tod*, *verainen* pro *vereinigen*, *Seellen* pro *Seele*, *ainen Truckh* pro *einen Druck*, *ainigen* pro *einigen*, *gemainer* pro *gemeiner*, *thails* pro *theils*, *bestätten* pro *bestetigen*, *Wüttenberg* pro *Wittenberg*, *Obaimb* pro *Oheim*, *Wilhelmben* pro *Wilhelmen*, *Pfallenz-Grafen* pro *Pfalz-Grafen*, & quæ sunt reliqua, in exemplaribus Epistolæ illius publicatis reperiunda, quæ a Bavarico potius quam Misnico calamo profecta, *videlicet* Epistolæ tam aperte produnt, ut quam maxime, plura suppeditat BRVCKNERVS in der gründlichen Vorstellung §. XVII. seq. & in der widerholten gründl. Vorstellung cap. IV. §. 4. seq. & ex illo D. ALBERTI im verthädigten Alberti pag. 75. seq.

E

VIII.

VIII. *Alter* ratio, qua impostura authentici venditæ, liquido demonstrari potest, petitur a *Confessione Legatorum Bavaria Electoris, D. Oexlein & D. Ernstii, Cancellarii aulici*, quippe qui in Comitibus Imperialibus A. 1653. & 1654. dum famosus ille Jesuita Keddius, fabulam illam, hac etiam occasione recoqueret, Legatis Saxonis diligenter in rem hanc inquirentibus, responderunt, sanctissimeque asseverarunt, se nihil unquam, ne per auditionem quidem de authentico illo accepisse, multo minus oculis unquam illud lustrasse, addebat insuper D. Oexlein, se supra XX annos in aula Electorali versatum hactenus esse, ipsiusque tabularii accuratam sibi acquisivisse notitiam, nec tamen, si dicendum quod veritas esset, se affirmare posse, authenticum illud unquam oculis suis lustrasse, vel quicquam de illo audivisse, ceu demonstratum dedit BRVCKNERVS loc. cit.

IX. *Tertia* ratio desumitur, ab ipsorum Pontificiorum dubia & diversa relatione; ætate prædictorum Bavariæ Electoris Legatorum, non fuit in Archivo Electorali, circa tempora verò personati illius Klbnizii, Augustæ Vindelicorum in manibus privatorum fuisse, nugivendulus ille Auctor *Ephemeridum* scribit pag. 24. Klbniz hatte das Original zu Augspurg durch P. Christoph Otto, Dom-Prediger daselbst von der Canzel im Dom ablesen hören, gesehen, gelesen und abgeschrieben dein circa A. 1681 dum Augustana & Anti-Augustana Confessio Vindobone in publicum protruderetur, rursus in Archivo Electorali asservatum fuisse authenticum illud pag. 300. affir-

affirmatur, & quæ sunt reliqua, ex quibus, si temporum rationes conferamus, sole meridiano clarius impostura hostium veritatis elucet, dum fere nesciunt, quo se cum spurio suo authentico, convertere debeant, ut palliare fraudem tam apertam, pro virili possint.

X. Atque unum hoc & primum Argumentum, quod a ficto & spurio Authentico Epistolæ illius desumitur, ad retundendas adversariorum strophas sufficere poterat. Quis enim est qui nesciat, consuetudinem circa tabularia in aulis observari solitam, vi cuius ejusmodi scripta & documenta majoris momenti, tam pertinaci cura asservari solent, ut raro, etiam si implorata possessorum gratia, quicquam eorum ad describendum concedatur, quod si vero jam Authenticum Epistolæ Johannis Friderici, illis temporibus, ut fabula habet, in Archivo Bavarico extiterit, quis sanæ mentis crediderit, eam fuisse Electorum Bavariæ supinam negligentiam, ut nulla habita cura paterentur, hoc maximi momenti documentum, ad manus privatorum devenire, quo Apostasia Johannis Electoris protestantibus ad oculum demonstrari poterat?

XI. Interim quicquid hujus sit, hæreat Epistolæ illius ut adversarii volunt, authenticum in Archivo Electorali, aut privatorum scriniis, ubicunque velit, producant, quæso! si viri sunt, quicunque in hac controversia ad illud tanquam ad anchoram sententiæ suæ, confugiunt, ad recognoscendum illud, & conferendum cum manu, sigillo,

aliisque scriptis gloriosissimi Electoris Johannis Friderici, quæ adhuc dum præsto sunt in Archivo Serenissimorum Saxoniae Ducum, quod Vinariae asservatur, ut ex collatione invicem instituta, judicium ferri possit, & erit res in vado. quam diu vero hoc non fiet, venditatum illud Epistola authenticum, inter imposturas & nebulonis cujusdam inventa, locum suum ex merito est habiturum. *Conf. BRVCKNERVS loc. cit.*

XII. *Secundum* ex ordine §. 2. indigatorum Argumentorum est, quod *a discrepantia exemplarium impressorum, ab authentico venditato*, desumitur, omnes enim & singuli, qui cum Epistola illa orbi illuserunt, certo certius affirmant, se ex authentico & originali descriptam habere, id quod annexa apud quemque Notariorum Publicorum attestata atque confirmationes, demonstrant, quod si hoc demus, necessum utique erit, ut singula impressa exemplaria cum originali ad amussim conveniant, nec vel gry quidem ab eo differant, constare enim, transumpta ex archivis, tunc demum mereri fidem, quando in singulis literarum & vocum apicibus, cum originalibus in tabulario asservatis, ex assè conveniunt, alias merito suspecta reputantur, nec ullam habent fidem publicam, qualis autem exemplarium Epistolæ impressorum, cum authentico illo venditato, sit consonantia pariter atque harmonia, ex instituta nunc collatione planum fiet.

XII. I. Quoad *Titulum* Epistolæ; is apud *Ungersdorfum*, *Keddium*, *Klibnizium*, & in *Ephemeridibus* supra in medium prolatis, statim *ab initio* Epistolæ apparet, in *Refutatione* vero *Brückneriana*, & in *Kollonitschii Augustana ac Anti-Augustana Confessione*, sub *finem* suum occupat locum.

XIII. II. Quoad *Textum* Epistolæ; hunc si penitus inspiciamus, nulla est ferme periodus, in qua literarum & vocum non occurrat differentia, quædam etiam integra vocabula omissa, quæ in reliquis tamen occurrunt. Nos potiora tantum probationis loco in medium proferemus, abbreviatis Auctorum nominibus.

1.

Ung.	Unsern freundlichen Dienst und was wir allezeit &c.
Ked.	} Unser freundlich Dienst
Klib.	
Kol.	
Ephem.	
Resp. ad Brückn.	Unser - - - allezeit wir - -

2.

Omnes: Guets
Kollon: Gutes.

3.

Ung. Ked.	Freundliche liebe Oheim
Klib.	Oheimern.
Ephem.	Freundlichen liebe Oheimen
Resp. ad Brückn.	} Freundlichen lieben Oheimern.
Kollon.	

E 3

4. Ung.

4.

Ung. Wir geben Ewer beyder Liebden.

Ked. }

Ephem. }

Klib. }

Resp. ad Bruk. Wir geben Eueren beeden Lieben

Kol. Wir geben Euren beeden Lieben.

5.

Omnes: betrübten Herzen.

Kol. betriehten

6.

Omnes: erkennen. Resp. ad Bruck. erkennen.

7.

Omnes: Unser gnädiger lieber Herr und Vater.

Klib. vocem lieber non habet.

8.

Ung. schier um den neundten Seger.

Ked. }

Eph. }

Klib. }

Resp. ad Bruk. }

Kol. }

schierst

9.

Omnes: Mit tod

Resp. ad Bruk. todt.

Koll. - - todt.

10.

Ung. }

Ked. }

Ephem. }

Kol. }

des Seelen

Klib.

Klib. deßen Seel
Resp. ad Bruck. deß Seellen.

11.

Omnes: Allmächtig.
Resp. ad Br. Allmechtig
Koll. Allmechtige.

12.

Omnes herzhlich.
Resp. ad Brück. herzhglic.

13.

Ung. wiederum zu vereinen.
Koll. wiederumben - -
Resp. ad Br. - - vereinen.

14.

Ung. }
Klib. } Alle Sacrament/den Leib Christi/die heilige Beichte
Resp. ad Br. } und Selung.
Keddius; voces: den Leib Christi non haber.
Ephem. - - Sacramenta - - Selung
Kol. - - - - - vocem Heiliger S. litera tantum
initiali.

15.

Omnes: Demüthigkeit. Resp. ad Bruck. Demüthigkeit.

16.

Ung. alsbald in seiner Lieb Fürstenthumb / einen Truck
Kl. alsobald - - - - -
Ephem. - - Lieben - - - - -
Resp. ad Bruck. - - - - - einen Truck.
Kol. alsbald in seinen - - - - - Truck.

17. Omnes:

17.

Omnes: das alle neugemachte Ordnung der Kirchen auffhebt.

Klib. - - - - - auffgehoben.

Resp. ad Bruck. - - - - - Kirchen

18.

Ung. Kl. Koll. Ferner nicht geduldet.

Ephem. - - - - - nitt geduldet

Resp. ad Br. Werer nit gedult.

19.

Ung. Seiner Lieb einigen Sohn.

Ked. Kol. - Lieb - - - - -

Klib. Seinen lieben - - - - -

Eph. Seiner Liebden - - - - -

Resp. ad Br. Seiner Lieb einigen -

20.

Ung. Kl. Kol. nicht verfolgen sollen

Eph. Resp. Br. nit - - - - - solle

Kol. nicht erfolgen solle.

21.

Ung. zusagen/das wir seiner Lieb letzten Willen.

Ked. Kol. - - - - - Lieb letzten christlichen Willen.

Ephem - - - - -

Resp. ad Bruck. zusagen das wir seiner Lieb letzten Willen.

22.

Ung. Vatern leiblich

Kl. Vater - - - - -

Eph. leiblichen Vater

Resp. ad Br. Vatter leiblichen

Koll. Vater leiblichen.

23. Ung.

23.

Ung. weyland Ihrer Liebden

Ked. Kol. - - - - - Lieb.

Kl. - - - - - Herrn Lieb.

Ephem. - - - - - Ihrer Ed.

Resp. ad Br. Weiland ihrer Lieb.

24.

Ung. quatuor vicibus E. E. E. E.

Ked. - - - - - E. E.

Ephem. - - - - - E. Ed.

Kl. - - - - - Euer Liebden

Resp. ad Br. - - - - - Euer Lieb.

Kol. - - - - - Euer Lieb.

25.

Omnes: zu hassen / zu verfolgen.

Kl. zu hassen / non habet.

26.

Ung. Ephem. beschwerlichs darunter entgegenen.

Resp. ad Bruck. Kol. beschwärlliches darunter entgegenen.

Ked. - - - - - darunder Begegnen.

Klib. - - - - - daruber

27.

Ung. Resp. ad Br. in solchen Befelch haben.

Ked. Eph. in solchem - - - - -

Llib. in sothanen Befehlich - - - - -

Kol. in solchen Bevelch - - - - -

28.

Ung. ohn allen Zweifel wissen.

Ked. Ephem. Resp. ad Bruck. ohn Zweifel wissen

Klib. sonder Zweifel

Kol. ohn Zweiff.

F

29. Ung.

29.

Ung. das Haus Sachsen und Bayern.
Omnes reliqui: das Haus Bayern und Sachsen.

30.

Ung. erwecket und freundlich erhalten werde.
Ked. Eph. Resp. ad Br. Kol. erquicket und freundlich &c.
Klib. erquicket und erfreuet werde.

31.

Ung. & reliqui: in unser Stadt Wittenberg.
Resp. ad Bruck. Kol. in unserer Statt Wittenberg.

32.

Ung. Ephem. den vier und zwanzigsten Augusti, Anno im zwey
und dreyßigsten.
Klib. Anno 1532.
Resp. ad Bruck. den 24. Aug. 32.
Kol. den 24. Aug. Anno 32.

III. Quoad Inscriptionem Epistolæ:

1.

Ung. Eph. den Hochgebohrnen Fürsten unsren.
Resp. ad Bruck. & Kol. dem - - unsern.

2.

Ung. Eph. Ohemen
Klib. Ohelmben.
Resp. ad Br. Ohaimb.
Kol. Oheimb.

3.

Ung. Ephem. Herrn Wilhelmien und Herrn Ludwig.
Klib. Kol. Ludewigen.
Resp. ad Br. Herren Wilhelmien und Herren Ludwigen.

4. Ung.

4.

Ung. Pfalzgrafen bey Rhein
 Klib. Pfälzgrafen - -
 Resp. ad Br. Kol. Pfalzgrafen bey Rhein

5.

Ung. Eph. Obern und Niedern Bayern;
 Klib. Ober und nieder Bayern.
 Resp. ad Br. Kol. Ober und Nieder Bayern.

XIV. Atque hæc sunt, quæ ex collatione exemplarium impressorum Epistolæ illius, Lectori veritatis amanti apprime cognoscenda erant, quæve fidelissime, quod sancte testor, invicem collata sunt. Plura equidem adduci potuissent, verum cum illa discrepantia, quæ in literarum apicibus nobis obveniebat, minoris videbatur esse momenti, data opera illam præterivimus, cum in medium prolata, ad fallaciam & fraudes adversariorum detegendas, satis superque facere possint, conf. iterum D. ALBERTI *in gründlich vertheidigten Alberti pag. 74. ff. BRVCKNERVS in der Vorstellung pag. 55. ff. & in der widerholten Vorstellung pag. 31. ff.*

XV. Hactenus illa Argumenta & rationes adduximus, quæ ex ipsius Epistola tenore, nec non habitudine exemplarum impressorum, desumi possunt, restat ut illas nunc etiam perlustremus, quæ a variis circumstantiis rebusque externis petuntur.

XVI. In horum Classe *primum* est, quod a *Collatione* hujus *Epistolæ*, cum *veris*, ut *vacant*, *Literis* *Notificatoriis* *Johannis Friderici Electoris*, de *obitu Parentis* ad *Principes & Status quosdam Imperii Evangelicos datis*, desumitur.

XVII. Heic non opus erit commemorasse morem in Aulis Principum consuetum, quo personæ ac familiæ illustres, de quavis re vel læta vel tristi, per literas nunciatorias, Amicos, Consanguineos vel confœdeatos Principes, certiores facere solent, cum hoc illos tantum latere putem, qui ceremoniarum Aulicarum plane sunt expertes. Illud tantum dico, Epistolam illam fictam ad Duces Bavariæ, ex Nunciatoriarum ejusmodi esse numero, ut ipse contextus aperte loquitur, fictam vero & plane contrariam esse genuinæ illi, ad Bavariæ Duces, nomine Electoris Johannis Friderici, de obitu Parentis, exarata, ex sequenti illius Copia, quam ex Archivo Ducali Vinariensi cognoscendam Lectori damus, clarissime elucet.

XVIII. Ita vero Epistolæ illius Notificatoriæ fidelissime a me descriptæ, tenor sonat:

*Unsere freundliche Dienste, und was wir Liebs und
Guts vermögen allzeit zuvor, Hochgebohrner
Fürst, lieber Vetter.*

*E*u. Ld. geben wir mit beschwertem und betrübtem Gemüth zu
erkennen, dass der Hochgebohrne Fürst, Unser gnädiger
Lieber

Lieber Herr und Vater, Herzog Johannis Z. S. Chur-Fürst, seeliger und loblicher Gedächtnis, am nechstvergangenen Freytag nahend 10. Uhren Vormittag, als ein Christlicher Fürst nach dem Willen des Allmächtigen Gottes verschieden, des Seele Gott der Vater durch Christum unsern Herrn seinen Sohn, gerube gnädig und barmherzig zu seyn, der freundl. Zuversicht Eu. Ld. werden desselben Unsers lieben Herrn und Vaters iedlichen Abgang aus angebohrner Vetterlicher Verwandnis, mit Uns Fr. Mitleiden tragen, dann derselben E. L. freundlich zu dienen sind wir willig und geneigt. Datum Torga Mittwoch nach Assumpt. Maria Virginis, Anno Dni XXXII.

Johanns Friedrich.

In Catalogo nominum subscriptorum Principum, ad quos Epistola hæc nunciatoria exarata fuit, inter alios tertio loco invenimus: *An Herzog von Bajern*, quod si igitur veram hanc & genuinam Epistolam Johannis Friderici Electoris nunciatoriam, conferamus cum illa quam Pontificii venditant, ex contextus utriusque collatione, impostura hujus tam clare elucet, ut vel maxime. Apparet interim ex tenore supposititiæ illius, habuisse primum impostorem exemplar verum & genuinum ad manus, ita tamen, ut nefando ausu illud corrumperet, multa que immisceret, pro sua de Johannis Electoris Apostasia hypothese, statuminanda, quæ in genuino illo exemplari protinus aberrant, conf. BRVCKNERVS in der Vorstellung S. XV.

XIX. Porro *veritas* Epistolæ illius probari potest *a falsitate circumstantiarum*, quæ in eadem plus vice simplici aperte se prodit, & quidem

I. In assignando die emortuali *Electoris*, dum 16. Aug. qui dies veneris erat, circa horam 9. vespertinam, Johannem obiisse dicitur, cum tamen die Martis decimo videlicet tertio Augusti circa 10. matutinam beata illi mors contigerit, ut testatur SLEIDANVS *Lib. VIII. ad b. a.* BVCHOLZERS *in chronol.* REVSNERVS *in Geneal.* Ita quidem argumentatur ZEÆMANNVS apud ALBERTVM *Loc. cit. pag. 67.* verum si dicendum quod res est, hæc Zeæmanni ratio parum habet in recessu, quod si enim impostor in omnibus genuinum Epistolæ notificatoriæ exemplar, quod utique ad manus ei fuisse supra jam innuimus, secutus fuisset, uti in assignando die emortuali factum videmus, a veritatis tramite eum deflexisse, sine culpa postulari nulla ratione potuisset, laudatum enim Electorem utique die 16. Augusti naturæ debitum reddidisse, liquido apparet ex Epistolæ genuinæ illius, quam supra in medium produximus, tenore, cum qua consentit *Lutherus* moribundo Electori præsens, in *Epistola* quadam, quæ extat in *Tomo V. Alienb. edit. nov. pag. 960. fac. 6. Chytraus in Saxonia ad A. 1532. pag. 340. Hortlederus in Effigie Johannis* quæ præsto est *Part. 1. Lib. 1. cap. 4. p. 42. Biblia Ernestina in Effigie ejusdem Elect.* apposita, id quod bene quoque observavit BRVCKNERVS *in der Vorstellung §. 16.*

II.

II. Dicitur Johannem *brevi ante mortem & decumbentem jam* Testamentum condidisse, cum tamen hoc *quatuor fere annis* ante ejus obitum, Anno scilicet 1529. factum esse constet ex inspectione testamenti, cujus authenticum adhuc dum asservatur in tabulario Ducali Vinariensi, ceu ex subsequentiis planum fiet.

III. Omni caret fundamento, dum impostor asserere non erubescit, Electorem Johannem filio & successori *Testamento injunxisse, ut quantocyus Lutherum ejusque affectas eliminaret, seque cum omnibus subditis, Ecclesia Romana rursus associaret*, cum contrarium sole meridiano clarius demonstrari possit, ex testamenti genuini tenore, cujus excerpta quædam convenienti hoc loco, ut in medium proferamus, res ipsa postulat, ita vero beatus Elector inter alia cautum esse vult. *Zu dem ersten, vermahren und bietben wir, befehlen dazu unsern lieben Kindern allensambt, Herren und Fraulein, dass Sie vor allen Dingen Gott fürchten und lieben, und sein heiliges Wort und Evangelium samt rechten Gottes-Dienst, die Tage ibres Lebens fœrdern, und Unsere Sœhne dasselbige in ihren Landen und Gebietben, so viel Jhre Liebden mit Gottes Hülffe und Gnaden immer können, handhaben, und sich davon nit wollen wenden lassen noch schrecken, durch kein Drauen, es sey in Concilien, uf Reichs-Tagen, oder sonst so mann wieder das Evangelium und heilwertige Gottes Wort etwas setzen oder verordnen würde, und diesen Unsern Beveblich, erkennen wir Uns nit allein aus Vaterlicher Lieb, sondern auch aus Gehorsam Göttlichs Geboths zu thun schul-*

schuldig &c. Und solche mit vaterlichen Sorgen zu bevehlen, haben wir nit geringe Ursachen, weil hi zu so ein ferliche Zeit vorhanden, und der Teuffel das Heilige Evangelium in mancherley Wege gar listiglich angreiff, als mit mancherley Rotten und missglauben, dazu mit Gewalt dasselbige ohn Unterlaß zu dempffen für hat, dass derhalben Uns und einem jeglichen christlichen Vater und Fürsten, billig grosse Sorge für seine Kinder und Unterthansn, die er gerne wolt hie und dort wol versorgen, und in Gottes Gnade und Halde leben wissen, davon entstehen muß &c. Und zwar zu unserm Lieben Sohn Herzog Johannis Friederichen, haben wir vaterliche und ungezweiffenliche Hoffnung, nach dem sein Lieb durch die reiche Gnade Gottes, sein reines Wort, wol gefasset und beliebt, darzu auch bey seiner Lieb Jahren bereiten oft gesehen und ersahen hat, wie gnädiglich und wunderlich mit öffentlicher That, ohn aller Menschen Rath und Hülff, Gott der Allmächtige dasselbige Wort erhalten hat, beyde bey weyland Unsers lieben Brudern Herzog Friederichen seel. und auch Unserrn Zeiten wieder so mannigfaltige sorgliche Tücke und Fürnehmen fast der ganzen Welt, ohne Zweifel angefangen hat, werde es auch vollführen, und über seiner Verhaischung vhest erhalten &c. Derwegen Unser lieber Sohn Herzog Johannis Friederich, ob Gott will um keiner Menschen Furcht, oder Drauen nach einiger zeitlicher Sachen willen, von dem Göttlichen Wort lassen wird, und Gott wird sein Lieb behüten das Sie nicht von Teuffelischen Rethen verführt werde. Und nach dem es dann am Tag ist, das mann Pfarrer und Prediger haben muß, soll anders das Evangelium erhalten werden, dazu auch gelarte Theologen und Doctores, die do mächtig seyn, das Wort zu versecten. und rein zu erhalten, und sonderlich zu ziger und

und künfftigen Zeiten, do viel Rottens und Unglück einreisset und taglich zunimmt &c. Darum wollen wir unsere Liebe Söhne treulich vermanth, und Jhren Liebden hiemit als der Vater freundlich befohlen haben, Sie wollen Jhnen die hohe Schul zu Wittenbergk sonderlich Gott dem Allmachtigen zu Lobe, dieweil die heilwertige Gnade seines reichen Worts izt in diesen lezten Zeiten, daselbst wunderbarlich, erstlich widerumb erschienen, und aufgangen, zu höchsten lassen befohlen seyn, und dieselbige ungesparrt Kostens mit allem Fleiss erhalten, auch als die Landes-Fürsten nach Uns darob seyn, das in Städten und Flecken auch Schulen gehalten werden, nach dem Ihre Liebden nit weniger dann wir mancherley gelarte Leuthe, zu mancherley Ambt und Brauche werden haben müssen &c. Auch weil die Visitation so wir izt durch die Gnade Gottes haben fürnehmen lassen, der nützigsten und nützlichsten Werck eins ist, nechst dem Wort Gottes, sollen Unsere Söhne mit allem Fleiss über solche visitation halten und sie handhaben, damit man fromme und gelarte Prediger in Städten und Flecken bestelle, und die Leuthe seeliglich und nützlich, auch zu allen christlichen Gehorsamb geleit und wol regirt werden &c. *reliqua data opera sicco præterimus pede, in ea tantum intenti, quæ ad rem præsentem spectantia, omnino commemoranda erant, ex quibus falsitas relationis & impostura hostium veritatis, tam clare, aperte & palpabiliter dignosci potest, ut nihil supra.*

IV. *Impostura Epistolæ ex dato*, ut vocant, elucet, dum Literas illas Johannem Frider. Wittebergæ d. 24. Aug. dedisse nugatur, quo die Elector laudatus non fuit Wittebergæ, demortuo enim Schvveinizii Johanne Parente, filius

G

Coburgi

Coburgi abfuit, ac d. 18. Aug. Wittebergam advolavit, d. 19. corpus Academicum ad se invitari curavit, ad propositiones d. 19. Aug. audiendas, quibus peractis d. 20. Torgaviam discesſit, ibique per aliquot dies commoratus eſt, verasque literas notificatorias exaravit.

V. Falfa circumſtantia elucet, quando impoſtor Johannem Fridericum nominat filium Johannis *unigenitum*, *ainigen Sohn*, cum tamen ex Catalogo Genealogiæ Electoris laudati clariffime conſtet, parentem hunc morientem *duos* reliquiſſe filios ſuperſtites, Johannem Frider. puta & ſecundo genitum *Johannem Erneſtum*, qui anno parentis emortuali in Academia Wittebergenſi graviter ſtudiis incumbibat, poſt exceſſum vero Parentis, Coburgi, ubi natus erat, ſedem ſuam habens, vixit, uſque ad A. 1553. quo ad beatas ſedes parentem glorioſiſſimum ſecutus eſt. Patet id ipſum etiam ex Teſtamento, cujus ſupra quædam fragmenta dedimus, ubi Johannes parens in pluralitatis numero *filios*, *unſere Söhne* plus vice ſimplici, alloquitur. conf. ROSINVS in *vita Johannis*, MVLLERVS in *Annal. Sax.* & adde *Scriptores Genealogicos*.

VI. Provocat impoſtor ad *mandatum quoddam Johannis Friderici typis publicatum*, quo, vigore Teſtamenti parentis, omnes a parente in favorem novæ religionis factas conſtitutiones annihilatas, deque ipſo Luthero cum aſſectis ſuis, eliminando, cautum fuiſſe nugatur, at vero, quam turpiter hic quoque ſe gerat ſycophanta, ipſa experientia teſtatur, quis enim eſt vel ſuperiori ætate, vel hoc noſtro ævo, cui
etiam

etiam per auditionem saltem, de hoc mandato ejusque executione, quicquam constiterit? respondeant nugivenduli & producant exemplar unum alterumve, ut de eo ferri possit judicium, & erit res in vado. Contrarium ex actis Johannis Friderici suo loco commemorandis apparebit, linquimus igitur nugas has nugivendulis, hujus sententiæ patronis, nemores illius vulgati: ubi sunt rerum testimonia, non opus est verbis.

XX. Hæc igitur cum ita sint, nec a quoquam nisi qui omnem exuisse humanitatem, dicendus sit, in dubium vocari possint, mirari, quisquis veritatis amans est, satis haud poterit, nugivendulorum effrontem proterviam, dum putida illa & futili mercede, tam magno nisu orbi illudere non verentur, sed ita exemplo pontificiorum comparatum videmus, ut eum, qui semel verecundiæ fines transiit, gnaviter depuduisse, dicendum sit.

XXI. *Quintum* ex classe Argumentorum §. i. supra prolatorum, quibus *10. Scia* Epistolæ illius clarissime demonstrari potest, petitur *ab iis, quæ circa extrema Johannis Electoris vita, contigerunt, argumento Epistolæ protinus contraria*, quæ, ut justo digerantur ordine, digitum intendemus in ea I. quæ brevi *ante beatum* Electoris excessum, II. *circa* ipsum obitum, & III. statim *post* illius mortem contingere.

XXII. In priorem Classẽ spectat , I. quod Johannes Elector A. 1531. socios protestantes omnes conscriberet , ut Smalcaldiæ adsint , deliberaturi de suscipienda defensione contra vim hostilem , si qua forte fieret, vid. SLEIDANVS ad A. 1531. HORTLED. *Tom. I. L. VIII. cap. 8. II.* quod brevi ante obitum A. 1532. jam morbo detentus , per filium Johannem Fridericum , una cum reliquis Protestantium Principibus , primam Religionis pacem in conventu Noribergensi decerni, atque a Cæsare, Ratisbonæ comitia agente, confirmari summo studio allaboravit vid. SLEIDAN. *ad A. 1532. HORTLEDERS T. I. Lib. I. cap. 10. seqq. SECKENDORF. Hist. Luther. Lib. III. Sect. IV.* quibus si jungamus III. quæ laudatissimus Elector impetrata jam pace Religionis, ex Consilio b. Lutheri, pro ulterius stabilienda religionis libertate , securitate & augmento, in terris suis suscepit , nullitas susceptæ in Religionis negotio mutationis , quam Pontificii venditant , aut propensionis saltem in superstitiones Papisticas , tam aperte & palpabiliter patescit , ut mente captus sit oportet , qui illud non intelligat , conf. LVTHERVS *Tom. V. Altenb. pag. 971. ff.*

XXIII. Pariratione comparata quoque sunt, quæ secundo, circa ipsum Electoris beatum exitum contigisse legimus , brevi enim ante quam naturæ debitum redderet , non solum commercium literarum habuit cum Luthero , verum etiam decumbens jam Schvveinizii, eundem cum Melanchtone aliisque Theologis, accersivit, quibuscum
ut

ut plurimum de fontibus religionis, de immortalitate animæ, aliisque materiis Theologicis, pios sermones habuit. Sexta ante diem emortualem luce, filium Johannem Fridericum, Coburgum remiserat, postquam diligentissime illi Ecclesias, Scholas, & imprimis Academiam Wirtebergensem commendasset, quæ exempla, Constantiam Electoris in veræ Doctrinæ ingenua Confessione, tam liquido loquuntur, ut injurius omnino in piissimos Electoris manes, & ab omni humanitate alienus merito dicendus sit, qui ea inficiari ausus fuerit.

XXIV. Atque in deprædicanda hac, dum homines erunt, constantia permanfit, usque ad extremum halitum, nemo autem hac in parte certius testari potest, quam Lutherus, Melanchthon, aliique morienti Electori præsentibus, is vero in *Concione funebri priori*, inter alia hanc in rem ita scribit: *Darum wollen wir unsern lieben Landes - Fürsten, unter die rechnen, die in Christo Jesu schlaffen, sonderlich aber darumb, NB. Daß er nicht abgefallen ist von der Bekänntnis des Todes und Auferstehung Christi, sondern darob gelitten mancherley Schaden und Schmach &c.* Paria habet *Melanchthon in Orat. funebri*, in qua Johannem nostrum a moderatione, pietate erga Deum, NB. *Constantia*, studio pacis, cæterisque virtutibus, bono Principe dignis, laudat pariter atque concelebrat. Quibus apposito hoc loco jungimus, quæ celebris & extemporanei Poetæ JO. STIGELII Musa in *Epitaphio* Johannis cecinit:

G 3

Tu,

Tu, dum conaris magno præstare labore
 Floreat ut veri cultus ubique Dei,
 Doctoresque pios & nil nisi vera professos,
 Ut doceant fidei dona benigna, foves:
 Insidias quantas Christi sis nomine passus
 Non bene lingua potest ullius ulla loqui.
 Vidimus Augustæ multos Tibi Cæsaris iram
 Conatos variis conciliare dolis;
 Tu tamen invicto confessus pectore Christum,
 Fortior & magno Te quoque major eras;
 Nec Te Pontificum, nec Te corrumpere Regum
 Totius Europæ nec potuere minæ.
 Istud ut haut animi est humani: ita præmia cœli,
 Et famam æternam quis meruisse neget?

Et alter, non minus celebris illius ætatis Poeta THOMAS
 STIBARVS *Parte I. Narrat. Hist. pag. 171. seq.* ita laudes &
 constantiam B. Electoris celebrat:

Tu quoque Saxonix Johannes, inclute Princeps
 Non virtute minor cognite fratre tuo:
 Eximia Christum pietate fideque colebas,
 Vita piæ mentis testis eratque tuæ,
 Vindelicis coram tua Cæsare nuper in oris
 Afferuit Christi Lingua professæ fidem,
 Notior ut fieret Divini Gloria verbi,
 Temporibus fulsit quæ rediviva tuis,
 Utque Evangelii studium deponere velles
 Flectere Te nullæ præpotuere minæ.

Ista

Ista tui incendit Constantia pectoris hostes

Attulit & passim multa pericla Tibi;

Sed Te difficili protexit tempore Christus

Et gratam pacem pro Pietate dedit:

Actua sape Tibi moderatio profuit ingens,

Fulgida, ne quisquam sumeret arma manu,

Hac longe superas aliorum laude triumphos:

Hac virtus Magno Principe digna fuit.

XXV. Sed hic ulterius nobis progressuris, manum injicient Pontificii dicentes: domestica hæc esse testimonia & ex sinu deprompta, ad quæ respondemus, domestica quidem attamen vera esse, & ab experientia corroborata, quod si enim sape, nec tamen satis laudatus Elector religionem mutasset, ante quam vitam cum morte mutaret, vix futurum erat, ut Elector Lutherum sibi in agone constituto adesse, manibusque ejus S. cœnam sibi porrigi pateretur, probent itaque Pontificii contrarium, si viri sunt, & demonstrent certiori, quam spurio illo Epistolari argumento, aliquem ex suorum numero Electori morienti adstitisse, qui illi vel S. cœnam sub una specie præbuerit, vel ultimam, ut vocant, unctionem perfecerit, & victas dabimus manus, fiet vero hoc tunc demum, quando, ut apud *Maronem* est

leues pascentur in athere cervi

Et freta destituent nudos in littore pisces.

Accedit Lutheri mens adulari nescia, vi cujus in vindicanda veritate, posthabita quandoque, etiam regia Majestate, vehe-

vehementiori usum esse stylo novimus, scilicet, ut demonstraret, in defendenda causa Dei, nullam hominum dignitatem aut splendorem quicquam apud se valere; Ex quo prono nisu consequitur, quod si Lutherus defectionem Electoris cognitam, aut aliqualem ejus saltim praesumptionem, habuisset, nunquam is, acri alias ingenio suo tantum indulgere potuisset, ut Johannem tantis elogiis extolleret, qui in more habebat, in causa etiam maximorum Principum, scapham appellare scapham.

XXVI. Parili modo Epistolae illius contentis contraria sunt, quae tertio *post mortem* Johannis in Saxonia contigisse legimus, quo spectat *a*) quod Johannes Fridericus, peractis beato Parenti exequiis, totius senatus Academici Wittebergensis membra, summa tractarit gratia, speciatim vero Lutherum, Melanchtonem, Pomeranum & Crucigerum ad quadram Electoralem inuitari juberet, contestandi illis ergo singularem suam benevolentiam, quod vix futurum erat, si de eliminandis Lutheranis eorumque his antesignanis, consilia cepisset Elector. Imprimis vero *c*) huc referendum, quod Elector laudatus, sub initium statim regiminis sui, in conventu statuum Electoratus deliberaverit, qua ratione generalis illa, a parente suo A. 1528. instituta Ecclesiarum visitatio, proseguere ulterius, omnesque abusus in papatu hactenus inoliti, penitus extirpari possent, ceu ex Justo Menii concione funebri Electori Joh. Friderico habita, demonstratum liquido dedit HORTLEDERVS P. II. Lib. III. cap. 91. n. 18. *seqq.* *γ*) constat ex SLEI-

SLEIDANO *Lib. VIII. & HORTLED. P. I. cap. 14. seqq.* sub initium Anno 1533. Vinariam ad Electorem aduolasse Pontificis Legatum *Hugonem Rangonum*, qui Pontificis mentem de futuro Concilio exponebat, cui tale reuera datum fuit responsum, ex quo sole meridiano clarius apparet, longe aliam fuisse mentem Johanni Frid. Elect. quam ei affingit mendacissima illa impostoris Epistola. Denique 9) nemo melius de Constantia Johannis Elect. in agnita veritate testificari potuit, quam ipse ejus filius Johannes Fridericus, quam vero protinus Epistolæ illi contrarium de parente testimonium perhibeat, discimus ex *Declaratione* ad Carolum V. Imp. occasione Libri *Interim* A. 1548. data, quæ præsto est apud *HORTLED. P. II. Lib. 3. c. 88.* in qua inter alia ita fatur: *Darumb sich auch weyland meingnadiger lieber Herr und Vater, ich und andere, aus gutem satten Verstand und Wissenschaft der selbigen Confession vor vielen Jahren durch ordentliche Wege und Mittel, uns anhengig gemacht, dabey dann mein gottseliger Herr Vater bis in seine Gruben und ich bis auf heutigen Tag (NB. 1584. d. 5. Julii) durch Gottes Gnad und Barmherzigkeit, bestanden, auch bey unser Regierung, also haben lehren und predigen lassen, und anders nichts gewußt, wie ich auch noch nicht anders weiß, dann das wir damit unsern Untertanen die ewige unzergängliche Wahrheit Gottes haben anzeigen und fürtragen lassen, &c.* quæ singula ita reuera comparata sunt, ut mente captus & ab omni humanitate alienus sit dicendus, qui exinde imposturam Epistolæ illius venditatæ, non intelligat.

XXVII. *Sextum* ex ordine argumentorum §. I. commemoratorum est, quod desumi potest *ab inconvenienti & absurdo, quasi Johannes Fridericus, in eliminanda Lutheri doctrina, operam & auxilium a Ducibus Bavaria imploraverit, viribus suis ad efficiendum propositum diffusus.* Equidem novum hocce, quod producimus argumentum, ex superabundanti additum videri poterat, cum ex hactenus dictis & demonstratis, *videlicet* Epistolæ illius tam liquidissime eluceat, ut vel maxime, nam si illud non est quod magis in hac controversia esse videtur, neque illud inerit, quod minus inesse videtur, attamen vero cum singula adversariorum argumenta excutere nobis propositum habeamus, neque hanc rationem, sine qualicunque responsione dimittendam esse duximus.

XXVIII. Diximus verò, absurdum & inconveniens esse, quod veritatis hostes effutiant, scilicet, Electorem Joh. Frider. Ducum Bavariæ operam & auxilium implorasse, viribus suis ad efficiendum, de eliminanda Lutheri doctrina propositum, diffusus, nam I. ea erat laudato Electori virium potentia, ut facili negotio destinata ejusmodi, quæ Pontificii fingunt, etiam sine aliorum ope vel auxilio forinsecus expetito, efficere potuisset, quod si verò demus, metuendam Electori forsitan fuisse subditorum renitentiam, & ex illa facile suboriundam seditionem, quæ non nisi magna vi reprimi, vel sedari posse credenda fuerit, neque sic etiam Electori opus fuisse auxilio externo Bavavorum dicimus, supererat enim tum temporis in vivis
adhuc

adhuc patruelis Electoris , Georgius Dux Saxoniae, hostis Lutherani nominis, intra ipsos Saxoniae limites, & infensissimus & potentissimus , qui tanto odio flagrabat in Lutheri aedificas, ut nullum non moueret lapidem, opprimendi ergo veritatem Evangelicam, is igitur, cum ita ut diximus, erga Lutheranos esset animatus, ad manus, ut ita loquar, erat Electori, nullo vel consilio vel opera defuturus, imo ambabus arrepturus occasionem manibus, destinata in excidium Lutheranae religionis consilia, ad effectum deducendi cum pondere & gravitate, at vero nihil ejusmodi, ut hostes veritatis garriunt, tentatum fuisse unquam; omnia & singula monumenta Historicorum, tam Pontificiorum quam Lutheranorum illi temporis coetaneorum, tam aperte testantur, ut nihil supra. vid. ZEAMANNVS *loc. cit.* Arg. V. BRVCKNERVS *in der Vorstellung* §. XIX. accedit quod in LVTHERI *Tom. VI. Jen. pag. 31. Tom. XII. Wilt. pag. 263.* legamus, Georgium & post fata Electoris Joh. Friderici, piissimos patruelis sui manes, acriter perstrinxisse, ob constantiam in veritate Evangelica, quod vix futurum erat, si Elector ejusmodi mutationem in negotio religionis, ut adversarii volunt, vel intentasset, vel ad minimum meditatus fuisset.

XXVIII. *Septimum* ex classe argumentorum, quæ §.1. innuimus, est, quod a *Confessione ipsorum adversariorum* petitur, qui *Johannem Electorem ejusque filium successorem Johannem Fridericum, in religione Lutherana demortuos esse affirmant*; quod si enim Pontificii, more suo, illa quæ hactenus in medium produximus, domestica clamitent esse testimonia & ex sinu deprompta, audiant jam, quid de Constantia piissimorum Electorum laudatorum, suæ religioni addicti scribant, quamve aperte nugivendulis illis recentioris ætatis hominibus, in os contradicant, sequentes coætani plerique, nec infimæ apud suos conditionis, scriptores.

XXIX. Primum locum occupat sub initium Sec. XVI. celebris Theologus ac Canonicus Vratislaviensis JOH. COCHLÆVS, qui in *Hist. de Vita & scriptis Lutheri* ita scribit: *Aber wolte Gott dieser Fürst (Johannes Fridericus) hatte auch daselbst (zu Augspurg) wie zuvor nicht dergleichen (vvie sein Vater) gethan, und der Lutherischen Confession nicht öffentlich unterschrieben, endlich auch NB. bis an sein letztes Ende, in derselben wider die zween höchste Gewalt und Hoheit, verbarret.* Idem in *seiner kurzen Postill wider Doctor Luthers 2. Leichen-Predigten*, subintellige, quas in funere beati Electoris Johannis habuerat, ne verbulo quidem iis contradixit, quæ Lutherus de Constantia Johannis exposuerat, multo magis, ut certum atque indubitatum relinquit, Johannem in

in hæresi, ut calumniatur, demortuum esse. Sed clarius loquitur LAVR. SVRIVS Monachus Carthusianus in *Hist. sui temporis ad A. 1532.* scribens: *Per id tempus, quo in Turcas arma expediuntur, in venationis loco baud procul a Wittenberga, excessit e vivis Saxo Dux Johannes, NB. Lutheri Patronus, successorem habuit Johannem Fridericum filium, NB. Luthero impense faventem.* Eadem fere verba repetit CAROLVS CARAFFA Episc. Averfanus, in *Germania Sacra Restaurata pag. 19.* *Mortuus est Job. Elector Saxo, præcipuus Lutheri fautor, qui successorem reliquit filium Job. Frid. Luthero impense faventem.* Huc etiam spectat lucifuga ille *Ephemeridum auctor* ac impostor, qui sui oblitus in *Pref. P. II. pag. 1. seq.* Johannem Electorem in illorum classem connumerat, *qui Lutheri doctrinæ addicti obierunt*, & tamen paulo post non veretur sibi contradicere & affirmare, Johannem El. mutasse religionem, antequam vitam cum morte mutaret, vid. BRVCKN. *Loc. cit. pag. 29.* ALBERTI in *der Vertheidigung wider Klibniz pag. 74. seq.*

XXX. Abeant igitur nunc, nugivenduli Epistolæ illius doctores antiqui æque ac recoctores recentiores lepidissimi, (præsertim pica illa Bohemica in pistrinum merito releganda) & respondeant ad hæcæ suorum, pro nobis relata veritatis testimonia, sole meridiano clariora, quæ eo minus in dubium vocari possunt, quo illorum scripta maximam apud Pontificios merentur fidem.

XXXI. Ultimum ex classe argumentorum est, quod a
Constantia Johannis Friderici Elect. Johannis Filii, in
agnita veritatis cœlestis doctrina, usque ad extremum
balitum, desumitur. Quod si enim vera sunt, quæ in
 Epistola illa de Johanne Friderico narrantur, credendum
 erit, Electorem utique mutasse religionem Lutheranam,
 ut voluntati parentis testamentariæ faceret satis, at verò
 quam turpiter is se daturus sit, qui illud experientia adver-
 sante, affirmare præsumeret, nemo rectius edoctus est
 qui non cognoscat. Quare cum admirandam Johannis
 Friderici Constantiam, magna nube loquantur monu-
 menta Historicorum, quæ vitam resque gestas laudatissimi
 Electoris, posteritati reliquerunt, quin imo ipsi etiam
 hostes veritatis non possint dissimulare, supervacaneum
 esse reor, in re tam aperta, orbique universo perspecta,
 plura verba facere, quibus, ut est in proverbio, opus non est,
 ubi rerum sunt testimonia, illud summariter tantum dico,
 Magnanimum illum Heroem, nec minis Caroli V. Imp. nec
 captivitate, nec ablata illi dignitate Electorali, imo nec ulla
 fortunæ commutatione, eo adigi potuisse, ut ad minimum
 conscriptam illam, sub Titulo *Interim* novam doctrinæ for-
 mam, probaret atq; sequeretur. Reliqua deprædicandæ illi
 dum homines erunt Constantiæ in agnita veritate exempla
 data

data opera præterimus, quæ fuse juxta & diligenter annotarunt SLEIDANVS *Lib. VIII. seqq.* ROSINVS *in Vita Job. Fried.* SECKENDORF. *in Hist. Luth.* quin imo & ex ipsis Pontificiis THVANVS *Lib. IX.* NATALIS COMES *in Hist. sui temporis Lib. III.* HIERONYMVS FALETVS *in Descript. Belli Germanici ap. Hortled. Tom. II. p. 725.* DIDACVS SAAVEDRA *in Symbol. Pol. Num. 33.* constantiam & magnanimitatem admirandam, debitis evexerunt laudibus.

XXXII. Ne tamen, hoc etiam argumentum sine ulla probatione prætermittamus, superpondii loco, ex Testamento Electoris Joh. Friederici Anno 1553. a se confectò, excerpta quædam dare, e re utique visum fuit, ex quo constare poterit, laudatum, nec tamen satis, Electorem, in eam quam divina gratia, per totum vitæ suæ landabiliter peractæ curriculum, professus erat, religionem, ad extremum usque halitum constanter permanisse, imò ultimo hoc voluntatis suæ decreto, cautum voluisse, ut relictæ sui filii ac hæredes, eandem quam ipse secutus erat religionis professionem, constantissime sequi debeant.

XXXIII. Ita vero divus Elector inter alia fatür:
Die weil alle zeitliche und ewige Wolfarth, allein von Gott kœmt,
und

und dann seine Allmachtigkeit in diesen lezten Zeiten, sein heiliges allein seligmachendes Wort, aus lauter Gnade wiederumb an Tag und das Licht gnädiglich gegeben, derhalben auch Unser gnädiger lieber Herr und Vater seel. und wir, usm Reichs - Tag zu Augspurg des verschieenen 1530sten Jahrs, ein christliches Bekantnis öffentlich gethan, und Schrifftlich übergeben, NB. dabey auch Se. Gnaden bis in ihrem Todt, und NB. wir bisshero geblieben, und durch göttliche Gnade ferner bis in Unser Ende auch zu bleiben gedencken, so befehlen, auch ermahnen wir als der Vater, Unsere freundliche liebe Sæbne ganz ernstlich, freundlich und vaterlich, das Ihre Ld. im Eingang ihrer Regierung und fortan vor allen Diengen, ihnen Gottes Wort als den höchsten Schatz getreulich und von Herzen wolken befohlen seyn lassen, und in allewege für Augen haben, gerne hören, und ihr Leben und Regierung darnach richten, anstellen und führen, auch dabey NB. bis in ihre Grube bleiben, und sich davon weder Dreuen, menschliche Furcht, noch anders was da seyn möchte, nicht abschrecken noch abwenden lassen. Ferner sollen sie auch Uffsehens haben, daran seyn und verschaffen, damit Gottes reines Wort, Evangelium und Religion in E. L. Landen, so viel sie der dazumahl haben, und durch göttliche Verleihung künfftig bekommen werden, wie es Gott Lob! jezo stehet, und berührter Augspurgischer Confession auch denen Articulu gemæß ist, welche durch Martin Luthern gestellt worden sind, müge bleiben, gefördert und erhalten werden, auch sonst zu Fortpflanzung desselben gereichen &c., damus ista ex Brückneri Vorstellung pag. 68. seq. eo videlicet tenore, prout extractum Testamenti hujus descripsit ex
 authen-

authentico & originali, quod adhuc dum asservatur in Tabulario Serenissimorum Saxoniae Ducum, quod in Aula Ducali Vinariensi esse constat.

XXXIV. Atque sic detecta pro virili, Epistolæ illius, quam supra vidimus, famosissimæ, impostura ac *ro. Scia*, depulsam quoque esse pro rei necessitate putamus calumniam, qua hostes veritatis piissimos Electorum manes Johannis patris, filique Johannis Friderici, diffamare non erubescunt, triumphat igitur veritas, dispersa rationum momentis mendaciorum calligine, vixit Johannes Constantius, quæ Dei gratia est, Lutheranus, & mortuus est Lutheranus, pari ratione & secutus vestigia Parentis est, filius Joh. Frid. Magnanimus, quicquid etiam ogganiant lepidissimæ fabellæ, lepidissimi conditores & propugnatores. Viget Pietas, viget Constantia laudatissimorum Electorum, & vigebit in benedictione, & memoria omnium bonorum dum homines erunt, viget ea, atque per Altissimi Numinis misericordiam vigebit in posteris laudatissimorum Electorum, Serenissima scilicet domo (quæ nullum hactenus, divina sic disponente Gratia, novit transfugam) Serenissimorum Saxoniae Ducum Lineæ Ernestinæ, in quibus sanctissimorum ac piissimorum illorum Electorum pietatem, virtutes & constantiam conservatam læti gloriamur, D. T. O. M. ardentibus supplicantes votis, ut Serenissimos hos Johannis Constantis & Joh. Friderici Magnanimi posteros, in agnita primum a Serenissimis

I

Majo-

Majoribus, & tot tantisque arumnis ac calamitatibus
restituta ac defensa coelestis veritatis doctrina, porro sal-
vos, constantes, atque ab omnibus insultibus ac illecebris
tutos & integros conservare velit, istud enim Luthera-
norum libertas, istud tranquillitas est.

FINIS.

